



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est

Masson, Jean Papire

Parisiis, 1678

Atax.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13059

Francia
s quàm a-
icet men-
Augusto.
nem facile
um exposi-
pterea que
s Rhodani
r; sic enim
appellari
cujus ver-
us Gallico
elum sinum
ab Arelate
sparatum,
incola vo-
ius verissi-
multis ostis
at genera-
ninis apud
uæ hujus-
m longè ab
ergit: dein-
tenet impe-
teger agens,
inde contra
aliquan-
ost cursu in-
trat, accef-
n grandis.

per Flumina. 405
& subinde grandior, inter Volecas &
Cavaras emittitur.

ATA X.

A Tax Pyrenæorum circa Nar- ATAX.
bonam decurrit in Thyrræ-
num, vt Vibius Sequester ait post
Pomponium Melam, cuius verba
sunt; *Atax ex Pyrenæo monte digres-
sus quâ suis fontis aquis venit, nisi
ubi Narbonam attingit nusquam na-
vigabilis, sed cum hybernis intumuit
imbribus, usque eo solitus insurgere,
vt se ipse non capiat.* Aimoinus libro
4. cap. 58. *Victor igitur atque bel-
lator insignis Carolus (Magnus) in-
trepidus Rhodanum fluvium cum
exercitu suo transit, Gothorum fi-
nes penetravit, atque Narbonam
usque accessit, ipsamque urbem cele-
berrimam atque metropolim eorum
obsedit, super Adicem fluvium muni-
tionem in gyrum in modum arietum in-
struxit. Quo loco Adicem pro Ata-
cem vsurpavit; Lucanus enim Poë-
ta dixit:*

ATA X. *Mitis Atax latior gaudet non ferre
carinas.*

Armoricus quidem putavit Atacem influere in Rhodanum, sed in hoc deceptus est: & Strabo quoque, qui ait libro 4. ex Cemenno monte
Obre, r. Attacem oriri & Obrin, & Ararim, fallitur; nisi erratum est ab exceptoribus qui scribere debuerant *Cevennam*, non *Cemenam*. Postremò Atax alluit *Alectam*, interluit *Limolium*, atque superiorem & inferiorem *Carcassonam* intersecat, postea *Narbonam*, duabusque ab ea leucis secundum Agatham influit in mare. Grassa Monasterium *Narbonæ* vicinum, in monte quidem situm est, ac vallis quæ radices subluit, *Carbona* appellatur. Denique Pomponius *Narbonam* ait esse coloniam *Atacinorum*. De qua sicut & de *Nemauso*, *Agatha*, *Biterri*, & aliis *Gothicæ* sive *Septimanicæ* urbibus hi in *Parrenesi Theodulphi* versus leguntur:

*Nemausiacas sensim properamus ad
arces,*

Quò spatiosa vrbs est, resque operosa

satis.

Hinc Madolona habuit levam, Sex-
tatio dextram,

Hic scabris podiis, cingitur illa
mari.

Queis bene transitis, Agathem mox
parte sinistra

Linquimus, & nosmet tecta Be-
teris habent.

Mox sedes Narbona tuas, urbem-
que decoram

Tangimus, occurrit quò mihi leta
cohors.

Reliquia Getici populi, simul Hespera
turba

Me consanguineo fit duce leta sibi.

Inde revisentes te Carcaffona, Redas-
que,

Mœnibus inferimus nos citò Nar-
bo tuis.

Undique conveniunt populi, clerique
catervæ,

Et Synodus clerum colligit Alma
suum.

Orgius seu Orgio amnis decurrit
ad radices vrbis Episcopalis Bite-
rensis, quæ olim à monte & Orgo
vocabatur, postea Biterris dicta,
quasi bis terra, ob abundantiam

408 Pap. Mass. descr. Francia
annonæ, vt in vita S. Aphrodisii
habetur : qui amnis à prima sua
origine vsque ad mare duodecim
ferè leucas fluit.

G A R U M N A.

GA-
RUMNA **S**EPTEM flumina, Garumnam,
Saurigeram, Tarnem, Oldam,
Duranum, Atyrum, & Agerium
breviter descripsit Gabriel Lur-
beus Burdegalensis, nec cum lau-
de sua carere volumus : magno e-
nim labore & industria id opuscu-
lum confecit, & sicubi erratum ab
eo est, mihi satis erit locum indi-
casse, sic autem orditur. Aquitania
quam nonnulli veterum tertiam
Galliarum partem constituere, ex
prima Romanorum descriptione,
à Garumna flumine, ad Pyrenæos
montes, & eam partem Oceani,
quæ ad Hispaniam pertinet, inter
occasum Solis & Septentriones
protenditur. Suetonius in Octavio:
*Domuit, inquit, partim ducta par-
tem auspiciis suis Cantabriam, Aqi-
taniam.*